XX
Gerardi
CREMONEN.
Geomant. Astron:

6

MANOSCRITTI
Magl.
XX
49

Sezione Magliabechiana
Biblioteca Nazionale Centrale Firenze
Mss
Magl.
Classe
XX
Codice
49
Provenienza
Bisciony

D·49.

B.

XX, 49
Gerardi CREMONENSIS Geomant: Astron.

GERARDI CREMONENSIS

Geomantia Astronomica libellus.

Quia Astronomia est transcendens, et subtilis est de se, quod in ea oportet tot, et
tanta respicere, priusquam homo possit per eam veraciter iudicare: quia mentis ocu:
lus medietatem eorum abhorret intueri: pauci tempore moderno doctores
scientifici inveniuntur, qui per ipsam sufficienter sciant iudicare: ideirco hoc
opus compilavi quod Geomantiam Astronomicam volo nominare: in quo cum
minori studio et labore satis sufficienter docebo iudicare. In presenti n. scientia
non est necesse Ascendens, nec horas aspicere per Astrolabium, sicut in Astrologia,
imo oportet facere quattuor lineas inequales per puncta casualiter seminata
et puncta illa combinare, et ex punctis non combinatis, quae remanent in capitibus
linearum, sicut fit in Geomantia, unam figuram extrahere, et signum Zodiaci, cui
correspondet illa figura, ponere pro ascendente. Verbi gratia. Si coniunctio acqui:
sitio ex capitibus illarum linearum quattuor, ponatur Aries. Si letitia vel fortuna
minor ponatur Taurus. Si puer vel Rubeus ponatur Gemini. Si Albus ojo.
Cancer. Si via, Leo, Si coniunctio vel caput Draconis, Virgo, Si puella Libra,
Si amissio, vel tristitia, Scorpius. Si Cauda draconis, Sagittarius. Si populus ojo.
Capricornus. Si fortuna maior, Acquarius. Si carcer ponantur Pisces. Postea
in 2a domo ponatur, quod immediate ei bene succedit. In tertia signum tertium,

BIBLIOTECA NAZIONALE … 1883

et sic de aliis per ordinem usque in finem duodecim signorum. Et fac unam figuram quadratam in duodecim partes equales, divisam, in quarum signa per ordinem compones, sicut fit in Astrologia, et sine mora sicut invenies hic figuratum. Nec est hic curandum de festis, vel zodiaco, nec de quovis alio, quod ad Geomantiam pertineat, preterquam de figuris sexdecim, ut per eas habeamus signa duodecim quibus correspondet, et est modus figure qui supra ponitur est.



Postea oportet pro quolibet planeta, sigillatim facere quatuor lineas per punctum casualiter seminata, et pro capite draconis similiter, sicut fecisti pro Ascendente: et punctum illud dividere per duodecim, et quod remanet ultra duodecim, vel infra duodecim, si minor numerus non remanserit retine, et planetam pro quo factum fuerit.

fuerit illa proiectio, in ordine illo situare, quotus fuerit ille numerus superabundans: hoc est, si remanserint duodecim, ponatur planeta in duodecima domo: si decem, in decima: si unum in prima: si duo in secunda, et sic de aliis; et debes semper incipere à sole, et postea à luna, deinde à venere, et mercurio, et de Saturno, Iove, et Marte capite Draconis, et cauda. Cave tamen, ne in tempore pluvioso, nebuloso, vel nimis ventoso, ne quando es iratus, aut pluribus intentionibus occupatus, nec pro tentantibus, vel derisoribus, facias questionem nec eandem pluries in eadem figura vel forma iteres questionem quia error esset.

Questiones Prime Domus.

Si vis scire de vita alicuius utrum erit longa, vel brevis aspice dominum ascendentis qui si fuerit in fortibus angulis, signat vitam longam in succedentibus mediocrem in cadentibus vero brevem: et si fuerit in fortibus angulis, signat annos maiores: si in succedentibus annos mediocres: in cadentibus vero minores. Minores anni Saturni sunt triginta, mediocres quadraginta quatuor: maiores vero quinquaginta octo. Anni minores Iovis sunt 12. mediocres 40: sic secundum maiores vero 47. Anni minores Solis sunt novemdecem. Anni medii quadraginta quinque maiores vero 82. Anni minores veneris sunt octo, mediocres 45 maiores vero octoginta duo. Anni minores Mercurii sunt 20, medii 49. maiores vero 80. Anni minores lune sunt quindecim, mediocres 39 et secundum maiores centum et septem. Vel aliter. Aspice si mars, vel Saturnus fuerit in primo et dominus octavi cum eis, seu fuerit in octavo, querens non vivet. Similiter si dominus Ascendentis ceciderit in nono, et mars in octavo fuerit, non vivet.

Et si Sol, et Luna coniunguntur in septimo, et Iuppiter fuerit in 12.° Venus
in 2.° bene vivet.

Nati quoque accidentia sunt consideranda: quia si Saturnus, vel Mercurium invene-
nit in septimo, vetiens est, stultus, et verbosus. Si Mars et Mercurius non
erit sensualis, sed rixosus, et derisor. Si Sol, et Mercurius verax erit: et si Sol
fuerit in Ariete, omnia quaeque audiet, cito reddit: Si Venus fuerit in septima
luxuriosus erit: et si Saturnus, Mercurius, et Venus fuerint in imo, erit sodomita.
Si Sol, et Venus fuerint in decima, et Luna in p.° erit magnae largitatis. Si Venus
Mercurius, et caput Draconis fuerint in p.°, erit avarus. Si Luna, et Mars fuerint
in p.° erit magni servitii: et si Mars fuerit dominus partus, erit dives, malitiosus
et litigiosus. Et si Sol in p.° fuerit, lividus erit, pulchrum corpus habens, nec multum
macer, nec multum pinguis: et si Venus fuerit in p.° erit albus, et lascivus. Si
Mercurius fuerit in p.° non erit stabilis, sed semper volet esse in motu. Luna
vero ibidem reperta, gracilem, fame pectore, et beneficiis designat. Si Saturnus
fuerit ibidem, erit homo turpis, et niger. Si Iuppiter, erit facie rotundus, pul-
chrae frontis, coloris rubei, parumque mixtus albo. Officium vel artificium eius

Artificium vel officium nati.

sic, si Luna fuerit in septimo cum Saturno, vel in quarto, vel in decimo vel
in p.° non est ei bonum aedificare domum in civitate, nec mercem, nec terras
colere, vineas, aut arbores plantare, sed esse vir officium aquae, vel minu-
torum matrimoniorum, aut esse nutor, vel nuncius, nec applicet se domino, quia
nullum honorem habebit ab eo. ~~Sed~~ Si in quinto, aut tertio, etiam erit ei
bonum: in secundo, 9.° 6.° et duodecimo, nec bonum, nec malum. Iuppiter
significat

significat Episcopos, prelatos, nobiles, potestates, Iudices, Sapientes, mercatores
et campsores. Mars significat bellatores, incendiatores, homicidas, medicos
barbitonsores, carnifices, aurifabros, coquos, furnarios, et omnia opera quae fiunt
per ignem. Et si Mars fuerit in fortibus signis pauper erit, et in captivitate mo-
rietur, nisi se iungat in exercitu cum milite, vel vasallo. Sol significat
Imperatores, Reges, Principes, nobiles, dominos, et iudices. Venus significat
Reginas, et dominas, uxorationem, colloquia, amicitias, Apothecarios, sutores
vestium, et factores iocalium, et ornamentorum, venditores pannorum, simulatores,
Tabernarios, lusores taxillorum, lenones, et predones. Mercurius significat
clericos, filosophos, Astrologos, Geometrios, Arithmeticos, scriptores, sculptores
et pictores, et omnes artifices subtiles: tam homines, quam mulieres, et artes eorum.

De intentione quaerentis aspice signum Ascendens, et dominum eius, et ubi dominum
ascendentis inveneris, pro aliqua re ad domum illam pertinente venit quaesitu-
rus, et si Sol fuerit dominus ascendentis, quaeret de aliqua quaestione vel appli-
catione, vel timet sibi de aliquo homine. Si Venus, quaerit pro actibus ali-
qua propria, ut dicat, aut pro rebus femineis. Si Mercurius quaerit pro amis-
sione aut infirmitate. Si Luna, quaerit pro amissione, et infirmitate, et pro
dolore oculi. Si Saturnus quaerit pro infirmo, vel Principe qui tacet,
et habet angustiam magnam in corde suo. Si Iuppiter quaerit pro infirmitate,
aut restitutione, aut pro aliquo officio, quod vult habere. Si Mars quaerit
pro timore vel inimicis, pro morte, vel infirmo, vel pro carcere.

~ ~

Questiones, Secunde Domus.

Si vis scire de aliquo, si erit dives, vel non, aspice dominum secundi; qui si fuerit cum bono planeta, et bonus Planeta similiter in secundo, dives erit. Si vero cum malis iunctus fuerit dominus secundi, malusque planeta fuerit in secundo, erit pauper. Si vis scire, si rehabebis depositum, vel non aspice si in 2º fuerit malus planeta, et discordans cum domino ipsius, quia si qui tenet depositum non reddet illud sponte, sed si in secundo fuerit bonus Planeta, et concordans cum domino eius bene recuperabitur. Et si dominus secundi exaltetur malusque fuerit, vel cum eo fuerit malus in secundo, vel si dominus secundi exaltetur qui tenet depositum, non vult reddere illud. Reddet tamen id velit nolit: et si malus fuerit in 2º non credo quod recuperabitur. Si aut Mercurius fuerit in secundo, ita quod sit dominus ipsius, et contrarietatem inferet recuperabitur tunc, et si in secundo fuerit bonus planeta, recuperare dignatur quousque dominus eius. Nota igitur concordiam, et discordiam planetarum Luna, et Juppiter sunt amici. Luna, et Mars sunt inimici. Mercurius, et Sol sunt amici. Mercurius, et Venus sunt Inimici. Venus et ♃ sunt amici. Juppiter et Luna sunt amici. Illi planetæ dicuntur concordare qui conveniunt in una natura, et qualitate, sicut Mars, et Sol, quia uterque est calidus, et siccus: Venus et Luna conveniunt in frigido, et humido: vel quando Planetæ in substantia, et natura conveniunt, sicut Juppiter et Venus sunt amici, vel quando domus unius est exaltationis alterius, vel e converso.

Questiones.

Questiones Tertie Domus.

Si vis scire de aliquo, quot fratres habeat, aspice dominum tertij et tenendum quod quot Planetis iunctus fuerit, tot fratres habet querens. Planetæ vero masculini Fratres significant, feminini aut Sorores, et nota quod Saturnus, et Mars, Sol, Jupiter, et Caput Draconis sunt masculini: Luna vero Venus et Cauda Draconis sunt feminini. Mercurius aut promiscuus, et ipse est aliquando masculinus, aliquando femininus: masculinus est quando iungitur cum planetis masculinis, aut cum fuerit Quadratura Zodiaci Masculini femininus vero est, quando iungitur cum planeta feminino, aut quando est in quadratura Zodiaci feminina.

Questiones Quarte Domus.

Si vis scire, si bonum sit tibi morari in aliqua terra, civitate, villa, territorio vel domo, vel non. Aspice dominum ascendentis quarti, et septimi, et si dominus Quarti fuerit in Septimo, et fuerit bonus, et primæ, et decimæ domus boni fuerint domini, et cum bonis planetis, bonum erit morari in loco illo: et si Septimi dominus cum bono fuerit, et dominus quartæ cum malo, tunc non est bonum ibi morari, quia si ibi moratus fueris, rumores malos, et damna plurima patieris in illa patria.

Si vis scire, quando aliquis absconditur renovetur, aspice dominum ascendentis: quod si inveneris ipsum in aliquo angulorum quattuor, anno illo renovetur et si in angulo non fuerit, vide quantum distet ab Angulo primo quia tantum tardabit, et per tot annos quot sunt ibi domus.

Si vis de Carestia, vel utilitate rerum scire, aspice domos fortes, succedentes, et cadentes, et
fortes etenim domus caristiam designant, succedentes tempus mediocre, nec nimis
carum, nec nimis vile; cadentes plenitudinem significant, et rerum utilitatem. Con-
sidera similiter planetas, et loca eorum: quia si in fortibus domibus fuerint, res signi-
ficatae per planetas illas erunt carae. Et nota quod Saturnus significat campos
vineas, et instrumenta, cum quibus exercentur opera camporum, et corium, et de
fructibus ornea(?), glandes, gallas, et malagranata. Jupiter habet oleum
vel bombicem, panes, argentum, et vinum, et bladum, speciesque odoriferas.
Mars habet vinum, et carnem(?) et maxime porcos, arma, et bella, et quae eis
conveniunt, et vestes rubeas. Sol habet triticum, et vinum, et omnia quae assi-
milantur auro, in colore, purpureas, et pannos, equos, et aves, sicut accipitres
et falcones. Venus habet pinguedinem, et uvas, ficus, et dactylos, pagos(?), et ita-
lia(?). Mercurius habet hordeum, milium, granum, monetam, et argentum vivum.
Luna habet avenam, lac, caseum, incensum(?), et sal, uvas(?), anates(?), et gallinas
et argentum, et secundum multitudinem vel paucitatem in eis.

Quaestiones Quintae Domus.

Si vis scire utrum mulier sit pregnans, vel possit impregnari, aut non, vide si dominus
Ascendentis fuerit in 5.o aut dominus quintae in p.o, aut dominus p.i in 5.o
vel si dominus quintae fuerit in 7.o, aut si dominus septimae in 5.o fuerit, aut
Luna cum eo, vel si boni planetae fuerint in p.a vel in 5.a vel cum dominis
quintae, vel 2.x in angulis, pregnans est, vel poterit impregnari: et si nullum
istorum inveneris, et mali planetae fuerint in predictis locis, non erit pregnans.

nec

nec poterit impregnari: Et si boni, et mali fuerint ibidem forte habebit filios
sed non vivent. Si vero cancer, scorpius, vel pisces fuerint in p.a vel 5.a do-
mo, potest adhuc filios habere: Sed si Leo, et Virgo fuerint ibidem, nec est pre-
gnans, nec in perpetuum potest impregnari, vel si dominus quintae fuerit
in eis. Et si volueris scire, infra quot annos, vide ubi dominum 5.e inve-
neris: quia in illo anno prolem habebit: si in p.a in p.o anno: si in 2.a in 2.o
anno, et ita usque ad duodecimum poteris numerare. Et si signa mediocria fuerint
in Ascendente, pregnans habet in utero gemellos, qui vivent, si in p.o fuerint
planeta bonus: et si malus morientur: et si unus fuerit bonus, et alter malus
unus vivet, et alter morietur. Et si signum mediocre fuerit ascendens, et
Mars in eo, Mater morietur, et non foetus. Si Saturnus, foetus, et mater, et
si Cauda Draconis fuerit ibidem poterit esse, quod uterque moriatur, infans tamen
non evadet. Et si sit cauda fuerit in p.a et domus decima ceciderit, non morietur
similiter si Mars, et Luna, aut Mars, et Saturnus fuerint in p.a 5.a vel 10.a mater
morietur. Utrum pregnans abortiatur, vel non, considera si signum mobile
sit Ascendens: quia sic abortietur. Si vis scire si pariet masculum, vel foemellam
aspice Ascendens, et dominum eius: qui si masculinus fuerit, et in signo mascu-
lino, vel in quadratura circuli masculina, masculus erit. Si femininus, et
in signo feminino, vel in quadratura circuli feminina, erit foemella. et ita de Luna
considerabis. Considera similiter si plures planetarum fuerint in signis masculinis
quia tunc masculus erit: et si plures planetarum fuerint * in signis femininis
erit filia, et si vis scire utrum infans fuerit legitimus, vel adulterinus, vide, si

Si uis de Carestia, uel utilitate rerum scire, aspice domos fortes, succedentes, et cadentes, et fortes etenim domus caristiam designant, succedentes tempus mediocre, nec nimis carum, nec nimis uile, cadentes plenitudinem significant, et rerum utilitatem. Considera similiter planetas, et loca eorum: quia si in fortibus domibus fuerint, res significatae per planetas illas erunt carae. Et nota quod Saturnus significat campos vineas, et instrumenta, cum quibus exercentur opera camporum, et corium, et de fructibus terrae, glandes, gallas, et malogranata. Juppiter habet oleum, uel bombicem, panos, argentum, et aurum, et bladum, speciesque odoriferas. Mars habet vinum, et carnem, et maxime porcos, arma, et bella, et quae eis conueniunt, et uestes rubeas. Sol habet triticum, et uinum, et omnia quae assimilantur auro, in colore, purpureas, et pannos, equos, et aues, sicut accipitres et falcones. Venus habet pinguedinem, et cumas, ficus, et dactylos, pagros, et ita: lia. Mercurius habet hordeum, milium, granum, monetam, et argentum uiuum. Luna habet auenam, lac, caseum, iumentum, et sal, uacas, anseres, et gallinas et argentum, et secundum multitudinem uel paucitatem in eis.

Quaestiones Quintae Domus.

Si uis scire. Utrum mulier sit pregnans, uel possit impregnari, aut non, Vide si dominus Ascendentis fuerit in 5.a aut dominus quintae in p.a, aut dominus p.e in 5.a uel si dominus quintae fuerit in 7.a, aut si dominus Septimae in 5.a fuerit, aut Luna cum eo, uel si boni planetae fuerint in p.a uel in 5.a uel cum dominis quintae, uel 2.ae in angulis, pregnans est, uel poterit impregnari: et si nullam istorum inueneris, et mali planetae fuerint in predictis locis, non erit pregnans.

nec

nec poterit impregnari: Et si boni, et mali fuerint ibidem forte habebit filios sed non uiuent. Si u.o cancer. Scorpius, uel pisces, fuerint in p.a uel 5.a domo, potest adhuc filios habere: Sed si Leo, et Virgo fuerint ibidem, nec est pregnans, nec in perpetuum potest impregnari. uel si dominus quintae fuerit in eis. Et si uolueris scire, intra quot annos, uide ubi dominum 5.ae inueneris: quia in illo anno prolem habebit: Si in p.a, in p.o anno: si in 2.o in 2.o anno, et ita usque ad duodecimam poteris numerare. Et si signa mediocria fuerint in Ascendente, pregnans habet in utero gemellos, qui uiuent, si in p.o fuerint planeta bonus: et si malus, morientur: et si unus fuerit bonus, et alter malus unus uiuet, et alter morietur. Et si signum mediocre fuerit ascendens, et Mars in eo, Mater morietur, et non fetus. Si Saturnus, fetus, et mater, et si Cauda Draconis fuerit ibidem poterit esse, quod uterque moriatur, infans tamen non euadet. Et si si cauda fuerit in p.a et dominus decimae ceciderit, non morietur Similiter si Mars, et Luna, aut Mars, et Saturnus fuerint in p.a 5.a uel 10.a mater morietur. Utrum pregnans abortiatur, uel non, considera si signum mobile sit Ascendens: quia sic abortietur. Si uis scire si pariet masculum, uel foemellam aspice Ascendens, et dominum eius: qui si masculinus fuerit, et in signo masculino, uel in quadratura circuli masculina, masculus erit. Si femininus et in signo feminino, uel in quadratura circuli feminina, erit foemella. et ita de Luna considerabis. Considera similiter si plures planetarum fuerint in signis masculinis quia tunc masculus erit: et si plures planetarum fuerint * in signis femininis erit filia, et si uis scire utrum infans fuerit legitimus, uel adulterinus, uide, si

Saturnus, Mars, vel Cauda fuerit in 5.º aut cum domino quintæ, quia filius adul-
terinus est, et si bonus planeta fuerit ibidem, ideo legitimus est: Et si dominus p.ª
fuerit in 5.º aut cum domino eius, legitimus est: Similiter si dominus 5.æ in p.ª
inveniatur, aut cum domino primæ. Si vis scire verum rumores sint veri vel
falsi. Vide si Saturnum, Martem, vel Caudam inveneris in Ascendente quia
si sic, rumores sunt falsi. sed si Solem, Iovem, vel Caput Draconis inveneris ibidem
veri sunt; et si Planetæ masculini fuerint in signis masculinis, et fæminini in
fæmininis, adhuc sunt veri: Et si boni, et mali ibi fuerint, partim sunt veri, et
partim falsi: Et si fuerit signum cum bono planeta, veritatem testatur
et si cum malo planeta viderit, falsitatem. Similiter si Mercurius fuerit in
p.ª falsi sunt. Et si Luna fuerit in p.ª in signo fæminino, vel iuncta cum domino
ascendentis in signo fæminino, sunt veri. Similiter si boni planetæ fuerint in
3.ª 5.ª vel 9.ª et signo feminino fuerint, veri sunt, si vero non.

Si vis scire verum quis absens veniet, et quando. Aspice dominum quintæ, in
p.ª, quem si simul inveneris pro certo veniet, et iam est iter aggressus. Similiter
si dominus quintæ fuerit in p.ª vel cum domino primæ. Quæ si ceciderit
minimus est infirmus in via: quia si dominus quintæ exaltetur veniet
tunc lætanter, et si fuerit in signo cadente, graviter infirmabitur, vel mo-
rietur. Si vis scire si afferet illud pro quo ivit vel non. Aspice dominum
7.æ qui si bonus fuerit, afferet quod quæsivit, et si cadens vel malus
ibi fuerit nihil de eo afferet.

Quest

Quæstiones sextæ Domus.

Verum infirmus convalescet, vel morietur. Si quæritur de infirmitate. Aspice
si Saturnus, vel Mars, aut Cauda fuerit in p.º eiusque dominus cum malo planeta
iunctus, nam tunc morietur cito, et si dominus p.ª fuerit bonus, maliq(ue) planetæ
fuerint in prima, cum domino eius, similiter, vel in p.º et 8.º pro certo morietur.
Et si dominus p.ª in octavo fuerit, aut cum domino 8.ª vel dominus octavi in p.º
aut cum domino primi, dubitatur de morte. Et si mali planetæ angulos oc-
cupaverint malum, et destructionem minatur infirmus. Et si in p.º 6.º et
8.º boni Planetæ fuerint et in angulis * similiter dominusque p.ª ab octavo, et
domino eius, vivet, et * convalescet. Verum curabitur per medicinam
vel non. Si vis scire. primum da medico decimum. Infirmo 7.um infirmi-
tatibus, et 4.um medicinis: mali planetæ in p.º existentes medicum nihil
prodesse, sed penitus obesse testantur infirmo: Fortunæ vero ipsum sibi utilem
designant. Et si mali decimum occupaverint, egrum esse causam sui morbi
testantur ipsius nolle facere quod consulit medicus. Fortunæque quoque ibidem
existentes contrarium designant. Mali vero in 7.º existentes egrum de morbo
in morbum transmutant. Fortunæ vero ipsum liberant absque mediciis, seu me-
dicinis. Mali quoque in 4.º existentes medicinas testantur augere dolorem, fortunæ
vero mitigant, et sanant eundem. Si vis scire ad infirmum si vadas cum
considera locum lunæ, qui si fuerit cum Saturno, Marte, vel Cauda, vel [illegible]
cum Sole, non vadat. Et si Iuppiter, Venus, vel Caput Draconis, fuerit
in p.º vel in 7.º vade quia bonum erit. Et si Luna est cum bono vade.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

6

et da ei medicinam. Et si fuerint cum malo, et max.e in 7.o vel si mali fuerint in angulis non valet: quia nihil proficies ei, et si boni ibi fuerint vade, et aspice diligenter in quo, vel in quibus membris patitur, quia aries habet caput Taurus collum. Cancer pectus et pulmonem Leo cor, et stomachum. Virgo ventrem et intestina, Libra umbilicum, et renes. Scorpio anum, et verenda. Sagittarius nates, et coxas. Capricornus genua. Aquarius tibias. Pisces pedes.

Questiones Septimae Domus.

Pro furto aspice dominum 7.i qui si fuerit in p.o furtum erit restaurandum, et si dominus p.i fuerit in 7.o perquiret illud diu, et tandem inveniet, et si luna fuerit in p.o aut cum domino eius invenietur. Si luna fuerit in 5.o cum domino 5.o vel ♃ ♀ in p.o poterit inveniri, sed si sol, et luna fuerint in 5.o et si dominus 8.i fuerit cum domino primi, in primo invenietur. Et si d.nus 2.i fuerit in 8.o non poterit inveniri. Et si Saturnus, et Mars vel Cauda fuerit in 2.o non invenietur, nec omnino habetur. Et si secundi dominus fuerit in p.o inveniet illud, et nesciet unde venit. Si dominus p.i fuerit in 2.o post magnum laborem poterit inveniri, et si dominus 2.i ceciderit nequaquam invenietur. Sed si exaltetur bene invenietur: 7.um aut latronem ostendit Si vis scire quid sit, et quale furtum sit aspice dominum 2.i qui si fuerit Saturnus est plumbum, ferrum vel aurum ✝ cipes ✝ vestes, aut aliquid res nigra aut corium. Si Jupiter aliquid album, sicut stannum, argentum, vel vestimenta, crocei, et albi. Sol si significat aurum et res pretiosas. Venus vero res mulierum, sicut manualia, annulos, et ornata

ornamenta pulchra. Luna bestias sicut equum, vel mulum. etc. Saturnus aut merces. Mercurius monetam, libros, cartas, vel res depictas, aut vestes varii coloris, aut grissas. Si vis scire quot fuerint Latrones aspice dominum 6.i qui si fuerit in 2.o aut cum d.no 2.i plures fuerint, et si fuerint in 3.o fratres, vel cognati quaerentes fuerunt ad furtum. Si vis scire si latro sit adhuc in villa si in succedentibus, non sit adhuc multum longe: si in cadentibus multum elongatus est. Versus partem ivit latro si vis scire aspice dominum 7.i in quo signo est: qui si in Ariete fuerit in medio orientis est. Si in Tauro in Meridie contra orientem. Si in geminis in Occidente contra Meridiem, si in cancro in medio Septentrionis: Si in Leone in oriente contra Septentrionem Si in Virgine in Meridie contra Occidentem. Si in Libra in medio Occidentis. Si in Scorpione in Septentrione propinquum occidenti. Si in Sagittario in Oriente contra Septentrionem. Si in Capricorno in medio Meridiei. Si in aquario in occidente contra Septentrionem. Si in piscibus in Septentrionem contra Occidentem. Si vis scire si fur totum furtum defert secum, Aspice dominum 7.i et etiam et 9.i et si d.nus 7.i fuerit in angulo habuit voluntatem totum deferendi secum, sed non potuit. Si dominus 8.i fuerit in medio, vel in cadenti, et dominus 2.i in forti, totum secum defert, et si dominus 7.i et 8.i fuerint ambo in cadentibus, nec portavit, neque habuit. Vide per 7.m quae est socius, et 8.m quod est lucrum eius.

Si vis scire genus, et nobilitatem hominis, vel mulieris, aspice dominum 7.i quod si in angulis inveneris nobilior est viro. Et si dominus Ascendentis fuerit

in angulo, et d(omi)nus 7.i in succedenti, vel cadenti, vir nobilior est muliere, et ita potes iudicare de duobus socijs, vel quibuscumque alijs personis. Et si dominus 7.i in 9.o domo fuerit, de partibus extraneis accipiet uxorem. Si vis scire verum coniugium fiet Ascendens, et dominum eius, et lunam de quaerente, et 7.um et dominum eius mulieris et si iunctus fuerit dominus Ascendentis, aut luna domino 7.i aut fuerit in 7.o coniugium fiet: vel si dominus fuerit in p.o aut in d(omi)no p.i fiet de facili et plus erit voluntas mulieris, quam viri.

Si vis scire verum uxor, vel amica tua alium habeat amatorem, vel non. Aspice si Mars fuerit in 7.o itaquod non sit in domo sua, nam ita nullum habet amatorem: et si Saturnus ibi fuerit, alium diligit. sed non iacuit cum eo. Et si cauda fuerit in 7.a iacet cum eo. Et si fuerit Jupiter male tenet ~~uxorem~~ castitatem. Si Venus hylaris est, et libenter ludit, et ridet, quare putatur esse meretrix cum non est. Si Mercurius amicum habuit, sed nunc non habet. Sed si luna fuerit in 7.a nondum habet amicum, sed habebit, et erit quasi tota communis. Si autem Sol, aut Caput Draconis fuerit illud idem, casta est, et ita potes invenire in 9.o de amicis.

Si vis scire quis illorum plus vivet vide dominum p.i et 7.i et quis illorum in fortiori et meliori loco fuerit, et cum melioribus iunctus, et a d(omi)no 8.i et eius participatione remotior, et liberior persona, cui correspondet dominus illius plus vivet.

Si vis facere societatem, et si vis scire si fiet, vel quid inde accidet, vide si bonus planeta fuerit in 7.o et in p.o quia si fuerit societas fiet, bonumque inde

inde eveniet, et teneas durare, per annos, menses, et dies, quot dominus 7.i significaverit.

Si vis scire qualis est societas, Aspice, quis planetarum sit in 7.o quia si bonus fuerit, anno illo fiet societas; vel etiam coniugium, si de eo quaeratur. Et si vis scire si bene esse debeat, aspice p.um et dominum eius, qui est quaerentis, et 7.um et dominum eius, qui est socius uxorem, et concubinae, qui si fuerint inter se concordantes, pax, et concordia erit inter eos, et proficiet. Si discordes fuerint rixa erit inter eos et societas proficere non poterit.

Et si vis scire quis eorum ~~plus~~ lucrabitur: aspice primum, et dominum eius et 7.um et d(omi)num eius et quis eorum stat melius, vel si mali fuerint, quis eorum cadet: et quis cadet, perdet: qui vero exaltatur, lucrabitur. Vel aliter et melius. Aspice 2.um et dominum eius, et 8.m et d(omi)num eius, et in q.o melior planeta, vel dominus eius in meliori loco inventus fuerit, vel cum melioribus iunctus ipse plus lucrabitur. 2.a domus, et d(omi)nus eius lucri quaerentis signat, et 8.a socij vel partem suam, et si ambo fuerint boni, ambo lucrabuntur, et si ambo mali, ambo perdent: et si unus bonus, et alius malus, ille cuius est bonus lucrabitur, et ille, cuius est malus, perdet.

Et si vis scire si duo socij se diligant, aspice, si d(omi)nus p.i et 7.i fuerint amici et concordes diligunt se, si inimici fuerint et discordantur, non.

Si vis scire quis vincet in lite, et contentione. Aspice dominum primi, et 7.i: quos si in angulis inveneris neuter vincetur, et inde

quis eorum malo iunctus fuerit, nullus in casu suo proprio, quia ille
vincetur. Et si ab utroque planeta fuerit malus victor ovidet utrum
si iunctus unus eorum fuerit fortis, et alter debilis, et planeta qui est in forti
non cadat, neque secum malum habuerit, et ille, qui fuerit in debili non fuerit
in domo, vel exaltatione sua, nec cum bono planeta ille, qui est in forti, vincet.
Similiter ille, qui est in melioribus, magnum timorem habebit in corde suo: quia
modo sperat vincere, modo vero vinci. Et nota quod si questio de bello,
et Regno maior dicitur esse potestas in exaltatione quam in domo: in certis
vero alijs questionibus e converso.

+ Si vis scire de aliquo existente ad Tumultum si sanus revertetur, vel non
aspice dominum Ascendentis si bonus fuerit, vel non aspice dominum ascen:
dentis si bonus fuerit i. cum bono, vel bonis, bonusque planeta in prima
sanus revertetur. Et si Sol fuerit in domino p.i in aliqua parte questionis
non vadat: quia sol comburit eum, et si dominus 7.i est cum bono pla:
neta, et dominus p.i cum bono similiter habebit impedimentum in via
tamen non morietur, et si malus planeta fuerit cum dño p.i et bonus
in p.º si vadat, magnum damnum patietur. Sed non mortem poterit tamen
bene vulnerari. Et si Saturnus fuerit in p.º vel cum dño primi non
vadat, quia aliquod impedimentum in aliquo hore, cui occurret, et si
malus fuerit cum dño primi, Saturnusque fuerit in primo, vel cum domino
primi, vulnerabitur cum ligno, vel Petra. Si mars vel cauda fuerint
in p.º vel cum domino p.i vel male planete sint in p.º, vel cum dño p.i

vulnus

vulnus, vel mortem patietur. Aspice similiter si malus fuerit in 8.º quia si
timendum est de morte, et si Sol fuerit cum domino 7.i aut in 8.º significat
malum iter, idem de 7.º et 10.º Et si vis scire quid eveniet de bello
7.m et p.m aspice, et eorum dominos, quia p.s et dñus eius querentem significat, et 7.s
et dñus eius adversarium: qui si boni fuerint in p.º et mali in 7.º fuerit quia
dominus primi, et 7.i malus, querens vincet. Si vero vel dñus primi malus
fuerit, malusque in p.º et dnus 7.i bonus vel fortis in 7.º querens vincetur
vel capietur, vel occidetur. Et si dñi utrorumque, que fuerint in p.º et ex parte
primi fuerint boni usque ad finem 11 domusque est medietas questionis: mali in
altam medietatem occupaverint a 7.º usque ad finem 12.i adversarius vin-
cetur. Si autem ambo domini fuerint in Ascendente, fuerintque boni ex parte
p.i et mali ex parte 7.i ambo grave damnum patientur: querens tamen melius
habebit in fine. Si autem dominus ascendentis fuerit in 7.º vel in eius quone
significat fortitudinem adversarij. Et si dñus 7.i fuerit in ascendente, vel
in eius quone sig. fortitud. actoris. Et si dominus ascendentis fuerit in
8.º vel cum dño 8.i vel dnus octavi in p.º, vel cum dño primi significat
mortem querentis, et si dominus 7.i fuerit in 2.º seu cum dño eius, aut do:
minus 2.i in 7.º vel cum dño 7.i significat mortem inimici. Si vis
scire si bellum diu durabit si mediocre, mediocriter: Et si dominus
p.i et 7.i concordaverint partes pacificabuntur post bellum.

— Si vis egredi de loco, in quo es, et transferre te ad alium, et vis scire utrum
melius erit stare, vel ire, vel de duobus negotijs, quod illorum expediat tibi

plus facere 1um et 2um et dnos eorum locorum ad quemvis ire, in quo esset lucrum quod ibi facis tribue, et 7um et 8um et dnos eorum locum ad quem vis ire, et lucrum quod ibi facies, et quorum dni meliores fuerint, et cui melioribus iunguntur illos collige, vel ab. Aspice dnum Ascendentis, et lunam, qui si separati fuerint a malis, et iuncti fortunatis plus valet ire quam stare, et facere aliquod negotium, quod in mente habuisti. Et si dnus ascendentis, et luna separati fuerint a fortunis et iuncti malis, nõ moveas te, neque facias ad negotium. vel sic aspice lunam, et si planeta, a quo separatur melior est, quam ille, cui iungitur nõ moveas: et si ille cui iungitur melior est illo, a quo separatur vade.

Questiones octavae Domus.

De hoie, et muliere qua morte morietur si scire vis. Aspice si in 8° fuerit Leo, vel scorpio + Rt Mars per bestias morietur, et si Saturnus fuerit in 8° aut cum domino octavi, in scorpione, Cancro, vel pisce, morietur in aqua. Et si in octavo fuerit malus, aut cum dno octavi, vel et ibi mars, vel cauda igne, ferro, vel febre morietur. Et si in 8° fuerit bonus planeta, vel cum dno 8i bona morte morietur.

Questiones Nonae Domus.

Pro longo itinere, Aspice, si dominus octavi secum habuerit bonos planetas et si Saturnus fuerit in nono, et exaltaverit se in 10°, ita quod non sit in domo sua non vadas: quia bellum, et obstaculum invenies, et si malus planeta fuerit cum dno 9i, et dominus 9i cadat, ad damnum patietur in via:

quia

quia si per aequor iverit navis frangetur, si per terram infortunabitur capietur, vel morietur. Si Saturnus fuerit in nono, vel cum domino eius vade tute. Et si bonus planeta fuerit in 9° vel cum dno 9i quia bona erit, et secura. Et si Mars est in 9° non vadas: quia mortales inimicos invenies in via, et si dnus 9i fuerit cum malo, vel + Si sol fuerit in + significat, sed non capietur, et si dominus 9i habuerit bonum planetam prope se evadet. Si malum capietur. Et si venus fuerit in 9°, vel cum dno 9i bona erit via: quia mulieres inveniet de quibus habebit solatium, et si Mercurius fuerit in 9° et dnus 9i cum bonis fuerit via erit satis bona, et si cum malo fuerit, mala. Et dico idem de luna quod de Mercurio. Si cauda fuerit in 9° latrones, aut alias malam gentem inveniet. Et si caput erit in 9° bona erit via, quia inveniet magnates cum quibus sociabitur. et sic fac de 3° domo pro via brevi. Si vis scire quando erit id, aspice dominum 9i et suam fortitudinem, vel debilitatem eius in via: quoniam secundum locum, in quo fuerit annos, menses, vel dies indicabit, et ita facias de mora eius extra, vel infra, quod tempus veniet + annos dni 9i versus + in diebus. quia tot diebus morabitur quot significat Planeta in loco in quo est, vel aliter. debiles anguli cadentes itinerantem significant, mediocres mediocrem, et dnus 9i Similiter secundum locum in quo invenitur et ita dico de redeuntem. Si vis scire utrum recedat de via negocio imperfecto, vel non, vide si luna iungatur cum dno primi 3i vel 9i inde cadenti planetae, quia si sic + recedat negotio imperfecto, et si fuerit in exaltatione sua perficiet via. Et si duo fortes fuerint et unus cadens perficiet via. Si unus fuerit fortis,

et malus cadens, retrocedens.

Quæstiones Decimæ Domus.

Si vis scire verum habebis honorem, vel beneficium à Rege, Episcopo, vel d(omi)no, vel alio. Aspice 1.am et 10.am vel dominos earum, et si d(omi)nus 1.æ fuerit in 10.a vel cum d(omi)no 10.æ vel alio bono planeta, vel d(omi)nus 10.æ in 1.a cum d(omi)no 1.æ aut alio bono planeta, sicut Venus, Jupiter, vel Caput Draconis, aut aliquod eorum fuerit in 10.a vel 11.a, scilicet honorem, beneficium ve ab eis habebit. —

Si vis scire si hoc erit in hac terra, vel extra eam, Aspice si d(omi)nus 10.æ fuerit in angulis, et erit in terra tua: si in succedentibus, prope: si in cadentibus longe, longe.

Quæstiones Undecimæ Domus.

Si vis scire quando navem mittere oporteat in aquam. Aspice ascendens, quod si stabile fuerit ponderosa erit, sed si d(omi)nus eius fuerit cum bono planeta magnum pondus sustinet, et si ascendens instabile fuerit, et cum bono planeta navis erit velox et sustinet bonum pondus, et si mediocre mediocriter, et ita dic de equo, si quæratur. Et si aliquod signum instabile fuerit ascendens, et d(omi)nus eius in exaltatione sua, aliter fuerit fortunatus, et luna quoque ipsum bono aspectu vel sextili aspexerit, aut fuerit in 3.a 1.a 9.a vel 11.a navem ad aquam ponitur applicari, quia velocissima erit. Sed si malum in ipsam ponere volueris, aut ipsum conducere, fac hoc signo stabili ascendente, aut et luna fuerit in 5.a 1.a 8.a 9.a vel 10.a domo, vel mansione. Si vis scire qualiter ventum habebit aspice ascendens, et d(omi)num eius. Si fuerit cum bono, vel malo, et

et in

in quo loco fuerit, et secundum hoc indica, et si vis habere ventum fortem, sub ortum aquarij vel ad ascendens in altum. Si parvum ab sub ortum libræ dat ventus [illegible] venti: si mediocrem sub geminis velum dirigat ipse suum —

Quæstiones Duodecimæ Domus

Pro incarceratis considera 12.am et primam, et si d(omi)nus 12.æ fuerit in 1.a vel cum d(omi)no primæ, etc.

Finè.

958

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE Mss

Cc. 11 modernamente numerate, più una non num., bianca, in principio.

Genn. 1917.